

Itarem fundat proportionis inter Beatos iuxta illud Roman. 2. *videtur uniusquisque secundum opera sua*; ergo in communicatione glorie predestinatis simpliciter Deus exercet iustitiam distributivam, quatenus plus, vel minus promerenti, tanquam digniori, vel minus digno in illa coelesti Republica plus glorie, vel minus secundum regulam huius iustitiae retribuit. Quod etiam confirmatur ex verbis Apostoli loco citato ad Roman. 2. dicit inquit *non est personarum acceptio apud Deum*, siquidem acceptio personarum est vitium oppositum iustitiae distributivae ex Divo Thoma 2. 2. *quae. 63.* quare Apostolus illis verbis inquit Deum per se servare ordinem iustitiae distributivae constituendo aequalitatem debitam inter omnes homines, & Angelos Beatos: ad quod etiam faciunt exempla a Christo in quibusdam parabolis adducta, quibus indicat futura esse inaequalia premia iuxta meritum inaequalitatem, ut in parabola de talentis, & de servis; Ac denique hoc ipsum expressè docuit Dionysius de divinis nominibus cap. 8. dicens, quod Deus omnibus tribuit premium secundum uniuscuiusque dignitatem; sed in hoc est postposita ratio formalis iustitiae distributivae; ergo illa est propria, & formaliter in Deo constituitur.

222 Respondet Vasquez *disp. cit. 86. cap. 4.* Dionysium loco citato, indicare tantum quod Deus in distributione bonorum servet aequalitatem iustitiae commutativae, sed modum illius, non autem distributivae, ait enim *in quibus, omnibus quod cuique accomodatum est, tribuitur*, cum ergo servet tantum aequalitatem, quae est unius ad unum, quae vocatur arithmetica, servat etiam modum iustitiae tantum commutativae, non autem distributivae; quae servat aequalitatem inter plures personas, quibus fit distributio, ac proinde vocatur geometrica. Ad illud de acceptance personarum, ait hoc esse vitium commune, hoc est, non tantum iustitiae distributivae, sed etiam commutativae oppositum; dicitur autem iudex personam accipere, quia aequalitatem, quam secundum iustitiam inter aliquos servare debet, non servat; sed quia alicui eorum bene affectus est, et plus tribuit, aut cum minus punit, quam debet; opponitur verò commutativae, quando eam violat, distributivae vero commutativae, quando eam non servat; inquit igitur loco citato ad Roman. 2. Apostolum loqui de acceptance personarum, ut est vitium oppositum commutativae iustitiae, non verò distributivae, cum ibi loquatur non solum de premio bonorum, sed etiam de supplicio malorum.

223 Haec tamen minime satisfaciunt, nam quando etiam concedatur Dionysium loco citato significare Deum in distributione bonorum servare aequalitatem commutativae iustitiae, sed modum illius; nihilominus adhuc negari non potest, quin etiam indicaverit servari pariter aequalitatem distributivae inter plures, atque earum dignitate in vicem comparata, hoc enim expressè ex eius verbis colligitur, quae sunt *haec divina iustitia omnia disponit, & determinat*, ubi alia translatio pro *disponit* habet *distribuit*, ut Vasquez ipse advertit; & subrexit statim, *in quibus, omnibus quod cuique accomodatum est, tribuitur*, pro eo quod in unum quodque eorum, *quod sunt attingit, dignitate* quibus ultimis planè verbis indicat aequalitatem inter plures personas atque earum dignitate in vicem comparata, quae est propria iustitiae distributivae. Pariter etiam, quando conceditur, acceptio personarum esse vitium iustitiae tam distributivae, quam commutativae oppositum, accitum quod *Apost. loc. cit.* loquatur de ea, ut opponitur iustitiae commutativae, gratia adhuc omnino dicitur, quod de ea non loquatur, ut etiam opponitur distributivae; imò quia ibi Apostolus promiscuè loquitur de premio bonorum, & de supplicio malorum, hoc magis convincit esse locum de personarum acceptance, ut opponitur iustitiae distributivae, quam commutativae, sic enim loquendo considerat aequalitatem proportionis inter personas, atque earum dignitate praemii, vel supplicii; & nulli dubium est ad iustitiam distributivam pertinere, unumquemque in suo loco collocare, quod utique Deus observat reddendo premia meritis, ac bonos in Coelum evehendo, & supplicia peccatis, ac malos in Tartarum detrahendo, & idè pro praemii retributione dixit Joan. 14. in *domo Patris mei* &c. & pro poenae inflictione Achorum 1. dicitur de Juda, *ut abire in locum suum*, ergo negari nequit *Apostol. loc. cit.* esse locum de acceptance personarum, ut est vitium distributivae iustitiae oppositum.

224 Tertio probatur ulterius destruendo fundamentum oppositae sententiae, & probando Deum in collatione praemii etiam per se intendere aequalitatem proportionum inter personas, & retribuire gloriam ex iustitia etiam distributivae inter Sanctos comparativè spectatos; etenim quamvis re vera Deus per se, & principaliter intendat constituere aequalitatem praemii ad meritum uniuscuiusque, ut bene inquit Vasquez, adhuc tamen negari non potest, quin etiam per se, & principaliter intendere possit, ac de facto intendat talem proportionem in-

ter premia diversorum hominum, qualis est inter merita eorumdem, in qua comparatione aequalitas geometrica consistit, quae est propria iustitiae distributivae, ut à commutativa discernitur; Tùm quia aequalitas ista proportionum de facto datur, itaque verum fit dicere, quod sicut se habent merita Divi Francisci ad merita Divi Dominici, sic se habet gloria istius ad gloriam illius; ergo eam potest intendere Deus, & de facto intendit; Et omnino voluntarium est dicere cum Vasquez talem aequalitatem proportionum servari à Deo non ex intentione, sed per accidens, ut servet aequalitatem cum meritis; nam Deus ipse non casu, & sortuito, sed ex intentione, & certo consilio tot inaequales gradus inter iustos, & beatos disposuit, ut inde magna confurgeret pulchritudo coelestis Republicae, & utique maior perfectio est providentiae, ceteris paribus, effectum per se intendi, quam per accidens resultare. Tùm quia negari non potest in Deo voluntatem per se reperiri tribuendi unicuique secundum opera sua, bonis praemium, & malis supplicium, & inter ipsos magis, vel minus iuxta quantitatem, vel qualitatem operum; at haec voluntas ad aliam nequit pertinere virtutem, quam ad iustitiam distributivam. Tùm denique quia aequalitas ista arithmetica glorie ad merita commensibilis est cum aequalitate geometrica proportionum iam explicata, imò de facto sunt simul connexae; ergo de facto simul intenduntur, neque ex eo quod Deus primam per se intendat, rectè inferri aliam rationem non per se intendere, sed solum per accidens; si enim in reali coexistentia implican- tiam, & repugnantiam non involvunt, nec etiam illam in coexistencia intentionum involvere videntur.

226 Quarta tandem neque speranda videtur ratio quorundam Thomistarum, quod ad meritum de condigno apud Deum necessarius est status sanctitatis, & gratiae, ut constat ex antea dictis, nam quamvis unus homo apud alium mereri possit de condigno, etiam si sit inimicus eius, non tamen apud Deum, & ratio est quia unus homo apud alium meretur ex iustitia commutativa, quae non attendit ex dignitate merentis, sed ex aequalitate operis, unde si inimicus sua opera mihi praestare in agro, non minus tenorili condigno solve mercedem, quam si amicus esset; iustitia enim commutativa inter datum, & acceptum aequalitatem constituit, non curando de conditione personae, quod sit amicus, vel inimicus; qui igitur in merito apud Deum de condigno sit necessaria conditio dignitas personae, & status sanctitatis, hoc plane requirit videtur ex vi potius iustitiae distributivae, quam commutativae, siquidem ista à tali conditione praescindit; sed iustitia distributiva respicit personarum dignitatem, & iuxta proportionem earum in gradu, & dignitate, premia partium illis retribuit etiam nota *Arriaga disp. 3. in 79.*

Respondet Vasquez, quod quamvis iustitia distributiva attendat, & consideret merita personae, non tamen ipsa sola commutativa namque etiam merita considerat, licet diverso modo commutativa quidem secundum aequalitatem rei, & rei tantum ad meritum, & meriti, & mercedis distributiva vero secundum aequalitatem proportionum inter personas, & merita; & quia in divino iudicio non considerantur merita personarum secundum aequalitatem proportionis, sed secundum aequalitatem meriti, & retributionis; idè in divino iudicio non servatur forma distributivae, sed commutativae etiam in praemiorum distributione. Hoc tamen vim argumenti non emittit, quando namque dicimus iustitiam distributivam respicere dignitatem personae commutativam verò ab ea praescindere: per dignitatem personae non intelligimus merita, sed dignitatem ipsius personae operantis, & ab hac dignitate dicimus praescindere iustitiam commutativam, quae potius praescindit ad valorem, & dignitatem ipsius operis praescindendo à conditione personae, & ex hoc inferimus, quod talis personae conditio ad meritum de condigno requisita, potius ex iustitia distributivae est aspicienda, quam ex iustitia commutativae; Tùm quia, est etiam eam doctrinam intelligeremus in sensu à Vasquez explicato, adhuc intentionem non consequitur, iam enim demonstratum est in divino iudicio merita non tantum considerari secundum aequalitatem meriti, & retributionis, sed etiam secundum aequalitatem proportionum inter personas, & merita.

Solvuntur obiectiones.

In oppositum obicitur Primo, quod in Deo non detur iustitia distributiva nec respectu naturalium nec supernaturalium, quia deficit in illo ratio debiti, quae essentialiter requiritur ad iustitiam; potuit enim Deus cum causis naturalibus ad suos effectus producos non concurrere, & iustitiam merita non solum non premiare atque aequalitatem aequalitate, sed etiam absolute ea sine premio relinquere propter absolutum dominium, quod Deus habet omnium creaturam,

um, & propter ius quod in illas, & pariter in omnia sua habet. Confirmatur, quia neque Deus respectu universali habet, sicut Rex respectu Republicae, hic enim ea, quae ex iustitia distributiva inter concessos distribuit, ipsius Republicae sunt, & ita ipse potius est distributor, quam largitor: Deus autem est primus omnium auctor, & dominus; & nihil est, de quo ipse non possit pro sua voluntate disponere, & quibus voluerit & quomodo voluerit imperari, aut omnibus, & quibuscunque denegare, neque à se alicuius rei supremum dominium potest abdicare. Quod si ex promissione teneatur merita retribuire, nobis non constat de promissione praemiorum distributorum iuxta formam iustitiae distributivae, sed iuxta cuiusque merita independentèr à comparatione, seu aequalitate proportionum inter merita, & premia diversorum iustorum.

228 Respondo, Ovvidium hac ratione convictum *pass. 11.* negare dari in Deo iustitiam distributivam respectu tam naturalium bonorum, quam supernaturalium, est concedere in eorum collatione formam Deo adhuc formam iustitiae distributivae, quatenus de facto intendit aequalitatem proportionum iam explicatam, in quo praesto differentia à Vasquez negante in Deo cum iustitiam distributivam, quam modum eius servatum in distributione bonorum, quia negat eam proportionum aequalitatem ullo modo esse à Deo per se intentam; Verum hæc difficultas in proposito de iustitia distributiva ex ratione debiti deducta eodem modo solvenda est, sicut soluta fuit superior cum urgebatur contra commutativam, cum hic urgentius non premit, quam ibi, & idè sicut ibi dictum est, Deum in retributione meritorum servare modum, & formam iustitiae commutativae, quia licet non possit esse debitor creature absolute, & praescindit propter eius opera, veluti obligatio à creatura sibi imposita, quasi coactus, & motus ab ipsis operibus, cum illa possit accipere, ut sibi debet multis titulis, & non ut merita possit tamen constitui debitor ex eius beneficio, supposita, scilicet, promissione illa praemiorum, & operum condignitate ex consensu habitus gratiae; ita, inquam, in presenti dicitur esse, quod ad iudicandum debitum in Deo, quantum sufficit ad iustitiam distributivam in corpeocondam, satis est promissio de praemio retributo iuxta formam iustitiae distributivae supposita personarum dignitate, quibus distributio fieri debet. Et cum inquit Ovvidius, nobis non constat de tali promissione, sed tantum de promissione remunerandi merita independentèr à comparatione, sed aequalitate proportionum inter merita, & premia diversorum iustorum. Respondo, quod sicut, promissio de meritorum retributione spectans ad commutativam colligitur ex Scripturis antè non semel citatis ita pariter promissio spectans ad distributivam colligi debet ex locis citatis *num. 221.* nempe quod in domo Dei mansiones multae sunt, & quod apud Deum non est acceptio personarum, & similibus, quae non minus evidenter insinuant promissionem spectantem ad iustitiam distributivam, quam alia indicent promissionem spectantem ad commutativam.

229 Secundo obicitur, inaequalitas, aut aequalitas glorie proveniat aequè ex aequalitate, aut inaequalitate meritorum; ergo Deus attendit tantum ad aequalitatem inter gloriam, & merita. Respondo, etiam ab Ovvidio, hoc arguementum reputari invalidum, potest enim Deus in unoquoque iusto intendere aequalitatem inter gloriam, & merita, respectu tamen omnium intendere proportionem hanc, quae in uno tantum non reperitur; sed in ordine ad alterum; potest enim Deus dare tantam gloriam huic iusto propter tantum valorem meritorum eius, & sic in alio, atque ita simul intendere in utriusque collatione aequalitatem proportionum, quam relicturam esse praenovit ex utraque collatione taxata iuxta merita utriusque subiecti; atque idè ad arguementum concessum antecedente neganda est consequentia.

230 Tertio obicitur, quia si plures haberet pauciores essent beati, si unus tantum existeret, haberet eandem gloriam, quam nunc habet secundum mensuram meritorum; ergo Deus non attendit ad aequalitatem proportionum, sic enim de facto omni- bus beatis praemium imperitur, ac si solus unus esset, cui esset retribuendum, & consequenter non servat modum iustitiae distributivae, quae praemium non imperitur uni, nisi servata proportio, & comparat one ad alios.

231 Respondo, hoc rursus arguementum etiam ab eodem Ovvidio, imbecille censeri, unde concessio antecedente pariter negat consequentiam eadem eam gloriam, quae nunc datur Beato Francisco aequalitate meritorum, & aequalitate proportionum cum gloria, & meritis alterius beati, casu quo alius Beatus non existeret, Beato Francisco daretur atque tantum aequalitate meritorum cum gloria; unde si unus tantum existeret beatus, haberet eandem gloriam, quam nunc habet, licet non eodem prorsus modo, nec cum eadem respectibus.

Quarto obicitur, quia saltem cum infantibus statim supe- pro baptismo obsecutibus non potest servare Deus formam alicuius iustitiae, non quidem commutativae, cum in eis non sint merita, pro quibus ipse Deus secundum aliquod debitum quod commutatum reddat praemia; nec etiam distributivae, cum omnes in baptismo gratiam suscipiant aequalitèr, unde non videtur in eis assignari posse aequalitatem proportionis gratiae, & glorie unius ad gratiam, & gloriam alterius. Respondet Vulpes *art. 9. cit.* Deum communicare illis gloriam secundum iustitiam distributivam, tanquam filiis suis adoptivis habentibus ius in hereditatem, & partem in illam tanquam Sanctorum concubivum spectata in eis etiam diversitate dignitatis personae exorta ex diverso gradu gratiae; unde negat gratiam esse in eis aequalitèr commutativam, videtur Scorus *4. disp. 4. q. 7. lit. A.* Verum, quando movetur hoc quaestio, an Deus meritis reddat praemium ex iustitia, & quomodo, iam ex ipso quaestiois titulo constat, quaestioem moveri de adultis, non de parvulis, qui nulla habent propria merita, unde difficultas hæc de parvulis ad rem non facit, quia quando concederemus nullam iustitiam, vel iustitiae modum à Deo observari in communicanda illis gloria, adhuc dicitur debere eam servare cum adultis, quibus gloria communicatur, ut merces, & corona ratione meritorum; Et quod etiam in infantibus gratiam supponeremus aequalitèr, adhuc id non obstat, quin possit in eis assignari aequalitatem proportionis gratiae, & glorie unius ad gratiam, & gloriam alterius, ut exigitur ad servandum modum iustitiae distributivae; quemadmodum Deus communicando aequalitèr gloriam duobus adultis aequalitèr meritis habentibus, hoc minime impedit, quin possit adhuc in hac communicatione glorie servare modum iustitiae distributivae facta comparatione inter meritum, & praemium utriusque.

232 Postremo Suarez *opusc. de iustitia Dei* *cap. 3. lib. 12. de gratia* 232 230. difficilem existimus explicationem iustitiae distributivae, & distinctionem à commutativa hæctenus traditam; aliam modum excogitavit, quo putat, posse melius explicari, atque distinguui, nempe non per duplex genus aequalitatis dictum, sed per duplex genus iuris, cui per iustitiam satisficit. Ceterum, ut accurate perpendat *A vera scilicet. 13.* modus ille dicendi videtur potius tendere ad destruendam iustitiam commutativam, vel etiam utramque iustitiam, quam ad constituendam, & coniungendam utramque simul, & idè modus noster utramque distinguendi iustitiam per duplex genus aequalitatis dictum arithmetice, ac geometricè à nobis iam explicatus, & ab antiquis Scholasticis traditus, praesertim verò à Divo Thoma, & Scoto *loc. cit.* retineri debet, ut undequaque sufficiens, ac in Aristot. fundamentum habens *lib. 5. Ethic.* de hac distributiva iustitia fuisse ait *Arriaga disp. 13. cit. scilicet.* ubi pariter totam hanc controversiam reducit ad quaestionem de nomine, & contendit exerce- ritiam posse respectu unius personae, & tandem in fine sententiam concludit longè probabilis esse Deum, dum in remuneratione non solum attendit titulum meritorum, sed etiam dignitatem gratiae, cui raquam filium adoptivum constituenti debetur gloria, & dum etiam iuxta exigentiam eius gratie gloriam tribuit, exercere veram, & propriam iustitiam distributivam.

QUESTIO SEXTA.

An opera iustorum sint magis meritoria ex eo, quod procedant ex gratia data propter merita Christi, quam essent aliis, si tali gratia non esset per Christum.

De hoc puncto non modica contentio est inter Recentiores, praesertim inter Suarez, & Vasquez; pro cuius intelligentia supponendum est ex dicendis, quod licet de facto tota gratia tam habitualis, quam actualis, quae nobis datur ad merendum, detur iustitiam meritorum Christi, ut docet Concil. Trident. *sess. 6. cap. 16.* poterat tamen Deus omnino liberaliter sine intuitu meritorum Christi eandem omnino gratiam nobis conferre; quare sensus quaestiois est, an opera iustorum sint magis meritoria apud Deum, eo quod procedant ex gratia data per merita Christi, quam si non procederent ex illa, sed ex alia consimili, & in eodem gradu immedicatum à Deo collata sine relatione ad merita Christi, an sint, inquam, magis meritoria, quia nempe mereatur maiorem gradum glorie, vel saltem eundem gradum, sed melius, hoc est, ex iustitia magis rigorosa.

234 Ex quo patet Vulpium nostrum non satis perpendisse huius quaestiois sensum, dum *disp. 25. cit. art. 4.* graviter obiurgat Vasquez partem negativam sustinentem, quod non curaverit derogare dignitati Christi, qui absolute est causa meritoria omnis nostrae gratiae, & iustificationis, nec sacre Scripturae revelanti Christum misericorditer à Deo esse datum nobis glorificato-

rem, & Redemptorem, de cuius plenitudine accepimus, & gratiam per gratiam Ioh. cap. 1. & quia lex per Moysen data est gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, & ideo inquit Scotus 3. dist. ultima. passionem Christi exhibitam plus meruisse nobis in lege Evangelica, quam antiquis Patribus creditam, & à solo Deo prævisam. Frustra inquam, hæc blaterat contra Valquez, & acrem verberat, quia in questione hic non vocatur, an intuitu meritorum Christi liberiora, iustiora, & vivaciora deantur auxilia gratiæ, quibus excellentiora virtutum opera exerceantur, quam exerceantur ex vi gratiæ remissionis, quæ daretur, si Christus non venisset; hoc enim omnes concedunt; neque Valquez negat, nec ullus, quod opera Christi gratia procedant sint magis meritoria, quia excellentiora, & ex abundantiori gratia procedunt; Sed tantum questio controversatur, supposito, quod sint cætera paria ex parte gratiæ tam habitualis, quam actualis, & sint etiam cætera paria ex parte actus meritorii, ut sensus questionis sit, quod sint duo homines iusti, quorum unus habeat gratiam per Christum, & alius habeat æqualem gratiam, sed independentem à merito Christi, & uterque elicat actum equaliter bonum, tam ex parte obiecti, quam in circumstantiis omnium, an ille qui habet gratiam per Christum, plus, aut melius mereatur, quam alius qui meretur per gratiam datam à solo Deo sine Christi merito; hoc enim sensu ab omnibus proloquitur hæc questio, ut vide- re est apud Autores eam tractantes, & ita se declarat. Valquez ipse movet eandem.

235 Patrem questionis affirmativam propugnant Suarez lib. 1. de Gratia cap. 19. Gaetanus, Amicus, Lezana, Calpenis, Grandus, Coninch, Martinez, & alii quam plures. Negativam vero Valquez disp. 1. 4. 7. Ripalda, Haquetus, Turrianus, Monticinus, Arriaga, quamvis etiam affirmativam censent esse satis probabilem, & Ovvid. qui asserit, actum non maiorem habere dignitatem in ordine ad præmium, sed non maiori premio dignum constitui ex eo, quod procedat ex gratia per Christum collata, quam haberet si procederet ex gratia aliunde collata; habere tamen maiorem extrinsecam dignitatem, quæ faceret ipsum magis meritorium ex quadam tantum congruitate, quam ex emulis quibusdam suaderet conatur, undè sententiam veluti mediam tenet inter prædictas.

ARTICULUS PRIMUS.

Sententia affirmativa præfertur.

236 Sententia affirmativa præferenda videtur, ut magis pia ac magis prompta ad extollenda merita Christi Domini, tum etiã ut magis conformis doctrinæ Scoti, quam exaratum reliquit de magnitudine meritorum Christi 3. dist. 19. & dist. ult. 4. dist. 2. qu. 1. & alibi frequenter: Et quidem satis aperte colligitur ex ipsius ad Collothesios cap. 1. ubi clarè innuit Apost. Christum non solum nobis meruisse gratiam prevenientem, comitantem, & satisfaciendam, mediane qua habere possemus opera de condigno æternæ vitæ meritoria; sed ut hæc ipsa merita de condigno ab ipso Christo æternæ Patri oblata maiorem quandam dignitatem, & valorem acciperent: sic enim sonant illa verba in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in seipsum, quod adhuc clarius exprebit Concil. Trident. sess. 14. c. dicens in quo vivimus, inmeremur, in quo satisfacimus facientes fructus dignos penitentia, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre, quibus verbis convicius Arriaga disp. de Merito in fine asserit hinc deduci merita nostra esse à Christo Deo Patri oblata, ac proinde dici posse multum iuvisse meritum Christi, ut libentius acceptarentur à Deo opera nostra, quod sermè ex illis verbis deducitur qui ex illo vim habent hoc est valorem, ac dignitatem, vel ad plus gloriæ merendum, vel certè ad melius merendum, hoc est, ex iustitia magis rigorosa, quod etiam ratione suaderi potest quia etiam in humana poltrâ obsequium subdit Principi exhibitum, quo magis per personam chariorem, & digniorem exhibetur, redditur ei gratius, & magis acceptum ut notat Scotus 3. dist. 18. quest. uni. inf. 2. D. & ratio est, quia in obsequio oblato non solum agnoscit Princeps intrinsecum operis oblatis valorem, sed etiam extrinsecam personæ offerentis dignitatem, quæ moraliter in ipsum quoque opus refunditur ex ipsa personæ offerentis oblatione, ergo obsequia nostra Deo oblata per Christum, redduntur Deo gratiora, & magis accepta.

237 Respondet Ovvid. id probare solum merita nostra extrinsecam quandam excellentiam participare ex eo, quod procedant à gratia collata ex merito Christi, quia hæc ratione censetur hæc opera moraliter à Christo, tanquam à principio pendere, ex quo principio licet mediato, & extrinsecò, aliquam estimabilitatem trahunt similem illi, quam trahit

annulus, aut vas aureum ex eo, quod fuerit collatum in illis à Rege inveniit egregiè facinoris in eius obsequium facti, hæc tamen ait sufficientem non esse, ut ratione illius maiori premio condigno possint affici, quam alios possent consequi si hæc extrinsecam dignitate carerent, ratio est, quia talis extrinsecam dignitas sufficiens non est ad fundandam illam proportionem, seu qualitatem, quæ requiritur inter condignum meritum, & præmium; si ergo hæc extrinsecam dignitas non potest consequere actum simpliciter dignum beatitudine, quando aliis illa dignus non est; ergo neque magis dignum, quando acciderit actui digno, vel dignificato, unde ut homo ac eius opera ius acquirat ad beatitudinem, dicimus necessarium esse habitum inherentem gratiæ satisfaciens, à quo physice informetur subiectum, ac veluti moraliter opus eius. Alii vero dicunt Concil. loc. cit. docere solum merita nostra, & satisfactiones inniti Christo, tanquam danti, sed merenti nobis virtutem, & gratiam, per quam meremur; non autem ut danti nobis operibus specialem vim satisfaciens, & merendi, hæc enim præcisè habemus beneficio habitualis gratiæ, quæ quæ bene poterat nobis conferri à Deo immediate independentem à Christi merito.

At neutra harum solutionum satisfacit, non quidem hæc secunda, quia Concilium ibi dixerit utrumque docet, ut evidenter ex citatis colligitur verbis; dum enim inquit, quod omnis nostra gloriatio est in Christo, in quo meremur, & in quo satisfacimus innuit merita nostra, & satisfactiones Christo inniti, tanquam causæ meritorie omnis nostre iustificationis, satisfaciens, & meritorum; quando vero subdit facientes fructus dignos penitentia, qui ex illo vim habent inveniuntur nobis merita Christi inniti, ut danti nobis operibus specialem vim satisfaciendi, & merendi, quatenus & in suis meritis nituntur, & ab illo Deo Patri offeruntur, & per ipsum acceptantur. Nec etiam prima solutio satisfacit, quia licet extrinsecam sola dignitas sufficiens non sit ad fundandam illam proportionem, seu equalitatem requisitam inter condignum meritum, & præmium, siquidem de facto exigitur intrinsecam dignitas personæ operantis, quæ redundat in opus; at tamen hæc semel supposita nil obstat quia extrinsecam dignitas moraliter refusa in opus ex ipsa oblatione personæ offerentis augeat proportionem, & equalitatem operis in ordine ad præmium vel essentialè, vel saltem accidentale. Quod si contentas ex hac circumstantia non augeat præmium necessitatis, nec accidentales, saltem negari nequit, quin augeatur, aut multiplicetur ratio conferendi idem præmium, nam ex parte Dei nostro intelligendi modo augeat benevolentiam, & voluntatem remunerandi hominem iustum, non tantum quia iustus est, sed etiam quia membrum Christi est, ut ait Suarez. loc. cit. quod adeo clarum est, ut Ovvid. fateatur hoc efficaciter convinci per rationes paritatis affirmativæ.

Secundo probatur ex eodem Concilio Tridentino sess. 6. cap. 26. ubi inquit, quod Christus Iesus, tanquam caput in membris, & tanquam vitis in palmis in ipsis iustificatis dignum virtutem influit, &c. quibus verbis significatur Christum Dominum, tanquam mysticum caput iustorum, quod morale coniunctionem cum eis tanquam suis membris, communicare illis, ac eorum operibus aliquid valorem, ex quo sic arguere licet, dignitas personæ conductæ ad meritum, et eo ipso, quod gratia datur iustus ex merito Christi, ipsi iusti sunt veluti membra ipsius, & cum eo coconstituunt unum corpus mysticum, ac morale, sicut membra cum capite; ergo ex dignitate capitis acquirunt iusti, ac eorum opera maiorem dignitatem.

Confirmatur, quia iustorum gratia per Christum, licet non sit maior in entitate physica ob ealem respectum, habet tamen inde peculiarem dignitatem moralem, ut dicitur Suarez, nam per gratiam sic acceptam non solum efficiuntur sancti, & vitæ eterna digni, quod etiam haberemus, estò gratia nobis data non esse ex merito Christi, sed peculiari modo efficiunt fratres Christi iuxta illud ad Rom. 8. primogenitus in multis fratribus, ergo sicut mulier per se nobilis si Regi nubat, nobilior redditur ob talem coniunctionem, sic pariter fieri nequit, ut ex hac nostra cum Christo coniunctione, tanquam cum fratre, & capite, non redundet in nobis aliqua peculiaris dignitas ob quam Deo amabilior sumus, & opera nostra sint ei gratiora; ob hæc enim rationem docent Patres, naturam humanam per unionem ad verbum peculiari modo fuisse nobilitatam in tota specie, & omnibus individuis. Demum etiam inter homines eadem res in donum data eo magis gratæ est, quo à nobiliori persona donatur, ergo pariter opera nostra hoc ipso, quod sunt ex gratia per Christum nobis collata, & per ipsum Christum Deo Patri offeruntur, sunt Deo magis gratæ, & accepta.

Respondet Valquez disparè esse rationem, quoniam inter homines dona, & beneficia magis estimantur, & gratæ est; hoc quidem modo facilius adhuc, & probabilius sententia affirmativa defenditur, & approbat ab Ovvid. & aliis ab eæ recedentibus in primo sensu; Et ad excellentiam meritorum Christi sufficit, ut uno, vel alio modo defendatur, utroque

tas facit non sanctos, & maior iustitia, & sanctitas magis sanctos, non favore alio extrinsecò, aut extrinsecam ælimatione, sed suapte natura ex eo, quod in se est; & opera similiter nos Deo dignos, & magis dignos æterna vita efficiunt sua propria dignitate, non autem favore extrinsecò. Sed in primis falsò hæc supponit. Valquez habitum infusum gratiæ esse ex natura rei iustitiam, & gratiam formaliter in homine respectu Dei, hoc enim falsum esse iam ostendimus lib. 2. disp. 7. de iustificatione quest. 1. cum sit iustitia, & gratia formaliter ex ordinatione divina præsupposita. Deinde etiam Ovvid. fatetur argumentum convincere, merita nostra habere maiorem excellentiam extrinsecam ex illa conjunctione cum Christo, tanquam cum capite, quam alias non haberent sine tali conjunctione; & licet neget ex hoc, actum maiorem habere dignitatem ad præmium, quam si fieri tali conjunctione, dummodo ex eadem gratia procederet aliunde collata; adhuc tamen concedit illam extrinsecam dignitatem esse posse conditionem promptius applicatam divinam voluntatem, ut inveniit dignitatem intrinsecam, quam habere supponit actus, beatitudinem conferat, eandem adhuc habiturus, si extrinsecam dignitas deficeret; ergo saltem concludit argumentum ex eo capite, augeri in merito rationem conferendi idem præmium; atque ita taliter iuvat respectu ille ad merita Christi, si non ad plus merendum, saltem ad melius, & ex debito magis urgenti; Quare quamvis ea dignitas extrinsecam esse sufficiens constituitur simpliciter hominem, vel eius actum beatitudinem dignum, qui alias ea dignus non est, quia ad hoc requiritur dignitas, & sanctitas operantis per habitum intrinsecè inherentem; nil tamen obstat, ut supra urgebam, quin ea semel supposita, alia extrinsecam dignitas accedens ex conjunctione cum Christo, tanquam cum capite, in opus refusa, augeat ejus excellentiam in ordine ad merendum, vel magis præmium, vel si idem, melius tamen, & ex debito magis urgenti; in hoc enim sensu saltem verificari debet, quod concedit Ovvid. dignitatem extrinsecam, quam habet opera nostra ex eo, quod ex gratia Christi procedat, conducere posse ad præmium conferendum.

241 Tercio ulterius probatur, quia ut arguit Arriaga, fateantur omnes, aut saltem fateri debent ex hac sola morali conjunctione etiam apud Deum crescere ælimationem, ut de B. Virginie constat, quæ ob dignitatem Matris est singulariter dilecta; idem constat de Josepho, qui ob eam conjunctionem licet valde remotior, evescit fuit ad magnum sanctitatis statum. Respondit, Josephum ideo ad altiores sanctitatis statum evescit fuisse, quia gratiam habitalem accepit matrem, & intensiorer, quod ex æqualitate datur fuisse cum gratia alterius Sancti v. g. D. Petri; unum non esset in alteri gradu. Sed hæc evasione non optime refellit Arriaga, quia motum nam dandum D. Josepho maiorem gratiam, quam alteri Sancto, fuit maior illa coniunctio moralis cum Christo, & ergo talis coniunctio potest esse Deo sufficiens motum ad specialiter amandum hominem, cuius hæc dignitas in D. Josepho permaneat, etiam in D. Petro, aut alio quovis Sancto æque intensa physica sepe reperitur, plane ex hoc capite Ioseph semper erit Deo specialiter gratus; atque ideo rationabiliter negari nequit quia ex coniunctio moralis cum Christo aliquam maiorem addat dignitatem.

242 Quare ex his concludo hæc iustorum dignitatem ob eorum conjunctionem, tanquam vivorum membrorum cum mystico capite Christo, dupliciter explicari posse, quod conferat ad eorum merita, ut notat Suarez cit. primo quia ceteris paribus opus procedens à gratia, & fide, qua Christo, ut capite, tanquam viva membra uniantur, amplioris præmii dignum est, & ad maiorem gloriam est à Deo ordinatum; sic enim speciali modo dignitatem reddunt proportionatum, ut ad maius præm. unum ordinatur, quod intelligi potest de premio, vel tantum accidentali, & sic est facilius, velentiam de essentiali quod difficilius putant Arriaga, & Ovvid. cit. & aliqui ita explicant, quod Deus ex eo quod merita nostra specialiter aliquid dignitatem accipiunt, quia sunt ex gratia provenientia à merito Christi, aliquid gradum ulteriore ex hoc capite, illis correspondentem taxaverit ultra eos, quos merebantur ex gratia sic absolute inspecta, præcédendo à merito Christi, quo pacto explicant commune illud axioma Theologicum, quod Deus præmii merita nostra ultra condignum, hoc est, ultra condignitatem, quam habent ex gratia habituali absolute inspecta, sine relatione ad merita Christi. Secundo potest explicari etiam non concedatur augeri præmium ex hoc circumstantia, sed multiplicari rationem conferendi idem præmium, quatenus ex parte Dei augeat benevolentiam, & voluntatem remunerandi hominem iustum, non tantum quia iustus est, sed etiam quia membrum Christi est; & hoc quidem modo facilius adhuc, & probabilius sententia affirmativa defenditur, & approbat ab Ovvid. & aliis ab eæ recedentibus in primo sensu; Et ad excellentiam meritorum Christi sufficit, ut uno, vel alio modo defendatur, utroque

Mald. Tomus Tertius.

enim modo falvatur, quod opera nostra cum meritis Christi coniuncta sunt Deo gratiora, & amabiliora, & per consequens magis meritoria in uno, vel altero sensu ex duobus jâ declaratis.

ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur obiectiones.

243 In oppositum Primò obicitur, quod gratia habitualis, quæ nobis datur propter merita Christi, est eisdem rationis, & speciei, ac alia, quæ daretur independentem ab eius meritis immediate à Deo, nam in utroque casu eodem modo hominem constitueret Filium Dei adoptivum, sanctum, & iustum, ergo merita quæ procederent ex tali gratia, quæ aliquo in utroque casu supponitur æqualis, essent eisdem speciei, & haberent dignitatem, & valorem eisdem rationis, & speciei in utroque casu in esse physico, non tamen in esse morali, & quod ælimationem, quare ex hoc capite operi procedentia ex gratia nobis per Christum collata essent digniora; unde argumentum probat solum gratiam per Christum in sua entitate non esse alterius rationis, quam esset gratia similis immediate à Deo data independentem à Christi meritis, quod gratia concedimus; adhuc tamen eadem gratia, ac eadem merita ab ipso procedentia essent digniora, & amabiliora moraliter per relationem ad merita Christi, & hæc de causa lolet Ecclesiæ orationes suas, ut fiat Deo gratior, & magis acceptæ, coniungere cum meritis Christi, eas concludendo verbis illis per Dominum nostrum Iesum Christum Filium suum, ut notant Grand. Calpenis, Lezana, & alii.

244 Vultus vero art. cit. omnino negat assumptum dicens, quod si nobis daretur gratia independentem à meritis Christi, foret per se alterius naturæ, & quod sine Christo mutaretur ordo gratiæ in alium fore, possibilem diversum sub divina omnipotentia per aliud medium. Hoc tamen non est fundamentum de iur., nam Theologi asserentes gratiam Anselmorum, & primum parentum non fuisse per Christum, adhuc admittunt esse eisdem rationis, & speciei cum nostra, nobis ex Christi meritis collata; atque ideo à communi responsione recedendum non est iam allata; Tunc quia gratia immediate à Deo data independentem à Christi meritis constitueret hominem Filium Dei adoptivum, sanctum, & iustum, sicut modo, quamvis enim in sententia nostra hic effectus sanctificandi, & iustificandi non ei conveniat ex natura rei, & in genere physico, sed tantum in genere moris, & ex ordinatione divina; & quamvis etiam de facto talis ordinatio reperitur connexa cum dependentia à meritis Christi, quatenus etiam ipse nobis meruit talem ordinationem, & gratiam divinam; hoc tamen est omnino non per accidens, nam gratia sic poterat absolute à Deo iniungi ad sanctificandum, ac iustificandum hominem à peccatis, etiam si Christus non venisset, nec nobis aliquid meruisset; unde in uno, vel altero casu non variaretur in genere moris, nisi inquantum in primo casu, & ex hypotesi reperiretur sine illa relatione ad merita Christi; modo vero cum tali relatione reperitur, à quæ maiorem quandam excellentiam in eodem genere moris trahere videtur ob rationes adductas.

245 Secundo obicitur, quoniam opera dicuntur valorem, ac dignitatem accipere à persona, à qua proxime eliciuntur, non autem à persona, à qua meritorie nobis obvenit gratia, & auxilium, quod ad ipsa confertur; cum igitur opera nostra non alia ratione tribuantur Christo, tanquam in capite mystico, nisi quia ab eo accepimus, tanquam à causa meritoria, gratiam, iustitiam, & auxilia omnia, nequaquam vero sicut elicientia, hæc ut minime accipiunt dignitatem à Christo, neque dignitatis incrementum, sed solum à persona ipsa elicienti secundum dignitatem iustitiæ, & sanctitatis. Nec refert, inquit Valquez, quod Christus daturur in nobis operari, & nos operari, ut membra eius, & ut sumus unum cum illo; moralis modo, tanquam membra cum capite. Quia per talem metaphoram solum significatur influxus gratiæ in nobis per Christum, & propter ipsum; tamen in re opus meritorium non fit à Christo immediate, tanquam à persona proxime operante, & hæc non potest augere dignitatem, operis ultra eam, quam habet ex propria gratia sic ex gratia operante.

Respondetur cum Suarez, eo ipso quod gratia membrorum Christi specialem dignitatem habeat, ex peculiari habitu, & conjunctione ad Christum, inde consequenter, augeat operum dignitatem altera ex duobus modis num. 242. infirmatis; neque oportet hoc augmentum esse in morali operis bonitate, sed in valore, & proportionè ad merendum; hæc enim duo omnino distinguuntur in actu meritorio; ut sapius docet Scot. ex alio enim capite sumitur moralis bonitas operis, & aliunde ratio meriti, aut valor ad præmiandum. Nec tandem ad hoc

hoc requiritur, quod talia opera sine immediate Christo, ut immediate eliciantur, & per seipsum operante; sed satis est, quod fiat immediate a membro Christi per unionem ad ipsum speciali modo dignificato, ac obliuato; sic enim censetur cum Christo unum corpus morale constituitur, sicut membra cum carne, & sic opera a tali membro procedentia censentur digniora ex conjunctione ad dignum caput.

247 Tertio obicitur, si merita Christi aliquid derivarent valorem in merita in totum ob moralem eorum unionem cum persona Christi, ut dictum est, derivarent etiam proprietates, quas merita ipsa Christi habent, unde sicut hanc censentur in finem valoris, & de condigno meritoria alteri, eodem modo, & merita iustorum a Christi meritis moraliter condignificata. Respondetur negando sequelam, sola enim opera humanitatis Christi physica, & proxima habent conjunctionem cum persona Christi, tanquam cum proximo supposito operante, & ideo ipsa sola totum accipiunt valorem, qui a persona operante provenire potest; opera vero iustorum solum habent conjunctionem moralem, & remotam cum persona Christi, atque ideo non nisi proportionalem valorem recipere possunt iuxta extrinsecam tantum, & mysticam unionem cum illa, & ideo semper inferioris rationis, quam sit valor ipse operum Christi sicut dignitas Matris Dei magis quidem est, sed longe inferior, quam sit dignitas Filii Dei, universaliter enim loquendo ex participatione perfectionis non potest inferri equalitas.

248 Quarto obicitur, quia opus ex non condigno fieri nequit condignum ex sola extrinseca Dei acceptatione; ergo neque ex digno fieri potest dignus sola extrinseca ordinatione Christi. Negant aliqui Scoti ante antecedens, asserentes extrinsecam Dei voluntatem facere posse, ut quod ex se dignum non est, dignum fiat, non quidem physice, sed moraliter per extrinsecam Dei acceptationem, quemadmodum facere potest, ut donum, quod ex se dignum non est, dignum fiat, & plurius estimetur vel hoc solo titulo, quod a Deo donetur. At de veritate illius assumpti hanc discutitur est supra q. 4. art. 2. & in quo sensu veritatem habere possit, & in quo non; neque exemplum de dono adductum facit ad rem, quia cum donum sit opus donantis, valorem accipit, & dignitatem a persona ipsa donante, quo cum dignior est persona, que donat, eo donum efficitur moraliter dignius; at meritum cum sit opus merentis, suum valorem potius accipere debet a seipso offerente, quam ab acceptante; atque ita in proposito cum Christus nobilissimum offerat Deo patri opera nostra, & Deus sit acceptator, poterit in ratione offerentis nostra opera reddere digniora, ut loquitur Concilium; Neque hoc augmentum, quod operibus nostris accedit ex conjunctione nostra cum Christo, censeri debet ex favore prorsus extrinseco, sed ex conditione morali, que personam Christo spiritualiter coniunctam speciali modo, ac titulo amabilem, ac moraliter estimabilem reddit, & consequenter etiam opus eius.

246 Quinto obicitur, ex hac doctrina sequi non modo opera bona iustorum, sed etiam opera bona peccatorum, imò & infidelium facta ex speciali auxilio per Christum habere aliquam bonitatem sibi ex meritis Christi communicatam. Imò sequitur posse opus bonum a peccatore elicium, sive a quacunque persona non gratia, & amica Deo, esse condigne meritorium apud Deum, quia potest tale opus esse condigne meritorium ex valore, & dignitate extrinseca personæ Christi offerentis.

Respondendo negando sequelam, etiam ut dixi non sunt idem in opere meritorio bonitas moralis eius, ac valor eiusdem, ac dignitas ad premium; nec ex eodem capite sumuntur; potest ergo negari sequela de bonitate, & concedi de valore, quod nempe Christus cuiuscunque operi bono ab homine elicitio proportionatum aliquem valoris gradum communicet ultra eum, quem ex proprio habet obiecto, & speciali auxilio, quo elicitur proportionatum, inquam, iuxta eorum capacitatem; Quare negatur etiam alia sequela, iuxta eorum capacitatem operis, & conjunctionem operantis cum persona Christi maiorem, vel minorem suscipit opus valorem, adeo ut quod quis magis, vel minus est Christo unius, eo maiorem, vel minorem valorem, & dignitatem eius opera accipiant a persona Christi; Itaque opera bona iustorum, qui per gratiam habitualement coniuncti sunt cum Christo, utique erunt condigne meritoria apud Deum, & plus quam si non haberent hanc specialem conjunctionem opera vero bona fidelium peccatorum talem condignitatem non habebunt, quia tantum per fidem sunt Christo coniuncti, & non per gratiam; unde ad huc minus digna erunt ex hoc capite opera bona infidelium, qui tantum Christo coniunguntur per auxilium indobitum; Quæ responsio magis arridet, quam alia ab Amico allata, quod tale opus bonum peccatoris, licet non esse condigne meritorium intrinsece, & ex se, esse tamen sic meritorium extrinsece, & per valorem, & dignitatem a Christo communicatam; omnino enim falsum est opera pec-

catoris bona acceptari a Deo, ut condigne meritoria gloria per oblationem eorum a Christo factam, cum fundamentum condignitatis deficiat, quod est gratia habitualis, cuius defectu incapacia redduntur valores, & dignitates, quam aliis accipere possunt per oblationem Christi, si ex gratia fuissent elicta.

Sexto tandem arguit Ovidius, hanc extrinsecam dignitatem, quam habere dicuntur opera nostra ex eo, quod procedant ex gratia data intuitu meritorum Christi, non potest constituisse actum, simpliciter dignum beatitudine, quando aliis dignus non est; ergo neque magis dignum quando accidit ad hunc iam digno, seu iam dignificato; probatur assumptum, quia sicut per dignitatem extrinsecam non potest constitui formaliter homo cum iure ad beatitudinem, nec iustitiam elevatus, ut beatitudo illi debeat, ita nec potest constitui actum cum tali iure, sequela verò probatur, quia hanc consequentia est bona, hic gradus qualitates ad veniens subiecto nullam habenti albedinem non constituit illud album; ergo neque adveniens subiecto albo illud magis album constituit.

Respondendo ex dictis n. 238. negando consequentiam, quamvis enim sola extrinseca dignitas modo de facto fuisset non sit ad reddendum actum de condigno viæ æternæ meritorium, quia requiritur habitus gratiæ sanctificantis, a quo physice in forme subiectum, ac veluti moraliter opus eius; tamen supposita formalitatis personæ dignitate, & operis nobilitate, quia aliquo supervenientis extrinseca dignitas in opus moraliter refusa augeat dignitatem illius in ordine ad premium ad probationem consequenter negatur paritas, quamvis enim consequentia illa tenet in genere physico, non tamen in genere morali, nam Filio Regis, v. g. debetur regnum de iure ex eo præcisè, quia Filius Regis est, & hac ratione constituitur dignus regno, nec ullum egrégium facinus tale iussu admittere poterit; & tamen supposita semel in eo regni dignitate per filiationem, potest per egregias doctores, & actiones talis dignitas in eo augeri, adeo ut illarum intuitu adhuc Regnum ei magis debeat, sic ergo pariter dicit potest in proposito, dumque sit condonatur ex hac circumstantia non augeri in ipso dignitate ad premium, nec esse essentiali, nec accidentali, ut Arriaga, & Ovidius opinantur, faltem negare nequeant, quin ut minimum augeatur, vel multiplicetur ratio, & motum confertendi idem premium, quia ratione dicitur esse magis debitum; hoc enim adhuc sufficit ad consequendum intentum in hac questione, quod, scilicet, opera nostra sunt magis meritoria cum relatione, & conjunctione ad merita Christi, quam sine ipsa.

QUESTIO SEPTIMA.

An maior dignitas personæ ex maiori gratia habituali ceteris paribus, augeat meritum operis.

Quia contingere potest, ut duo iusti habentes inaequalem gratiam habitualement æqualiter operentur, est dubium an ille actus sit habundant meriti in utroque vel maioris in eo, qui intentionem habitum gratiæ habet; quare sensus qui sit est, an opus eiusdem virtutis cum eisdem circumstantiis intentionis actus, durationis, libertatis &c. sit maioris meriti in nomine habentis sex gradus gratiæ, quam in homine habente tantum tres, adeo ut universaliter sit verum, personam Deo magis gratam, ceteris paribus, apud ipsum mereri maius premium de condigno. In qua questione tres invenio sententias, duas extremas, & tertiam, veluti mediam; Prima extrema asserit ex intentione gratiæ meriti, & valore operis augeri, & ita ceteris paribus, quo actus procedit ab homine magis sancto, magis meritorium esse; ita in tract. de Merito Suarez, Valentia, Grand. Amicus, Hurtadus, Caspensis, Ovidius, Lugo de Incarnatione disp. 6. sect. 2. & alii quamplures. Secunda sententia extrema negat, meritum crescere ceteris paribus ex maiori gratiæ intentione, unde consequenter inquit prædictum actum in utroque homine fore eiusdem meriti; ita Valquez 3. p. disp. 6. e. 4. Cano, Medina, Cabrera, Zúñel, Aversa, & alii. Tertia denique sententia est Arriagæ tract. de Merito disp. 55. ubi ait, esse gravissimas difficultates pro utraque parte, & iudicio vix insolubiles quare sed. 4. viam quandam veluti mediam ingrediens dicens, gratiam habitualement augere meritum ad maiorem condignitatem, non verò ad plures partes præmii.

ARTICULUS PRIMUS.

Proferatur opinio affirmans.

Opinio affirmativa nobis præferenda est, ut conformior Scoti 4. disp. 1. q. 2. art. 2. asserenti primam contritionem, que non est meritoria gratiæ de condigno, eo ipso quod gratia informatur, mereri gloriam de condigno, ac proinde gratiam eo ipso, quod dignificat personam, aliquod valoris moralis tribuere actui supernaturali, quæ etiam doctrina fuit D. Bona vent. 3. disp. 22. art. 2. q. 3. unde consequenter etiam asserendum est maioris valoris, & moralis estimationis esse opera viri sanctioris, quam minus sancti, quatenus opera illius maiorem valorem, & dignitatem desumunt a gratia habituali intensiori. Hoc verò intelligendum est, ceteris paribus nam potest maior valor, quem sumit actus viri sanctioris ab intensiori gratia, suppleri, imò & superari per valorem desumptum ex maiori intrinseca honestate operis viri minus sancti, ac ceteris circumstantiis; Ratio a priori huius sententia est, quia dignitas personæ operantis est una, & quidem præcipua ex conditionibus ad meritum requisitis, quæ augeat valorem operis in ordine ad premium, etiam si ex parte operis cetera sit æqualia. Sed gratia constituit hominem dignum ad merendum apud Deum, ut constat ex dictis lib. 2. disp. 7. de iustificatione ergo maior gratia magis dignum, ac consequenter eo ipso maior gratia meriti augeat, etiam alias opus sit æquale; hæc ultima consequentia probatur, quia quando militat eadem ratio, tenet communis regula posteriorifica, sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis; quæ doctrina est etiam expressè Doctoris 3. disp. 18. q. 1. c. infra d. cum ait meritum non consistere tantum in ipso actu elicitio, sed in conditione bus aliquo modo perlonge, sive supposito elicientis, quod bi exemplo satis apud declarat ad rem nostram.

Respondent aliqui negando ultimam consequentiam, quia gratia habitualement non exigitur, nisi ad elevandum subiectum ad ordinem supernaturalem, & concomitantur eius opera, quæ elevatio habetur quocunque gradu fiat, adeo ut eam primus gradus sufficiat, ceteris autem ad hoc facti otiosi; & sic unus gradus gratiæ per se requiritur ad meritum de condigno, ceteri autem per accidens, atque ideo ex ipsis minime crescit dignitas operum. Sed Contra, quia in primis falsum supponitur; siquidem homo alius qualitatibus elevari potest ad ordinem, & statum supernaturalem, ut per fidem, & ipem; sed gratia potest esse necessaria ad elevandum subiectum ad statum adoptionis & ratione in amicitia, filii, & hereditis. Tum quia planè magis elevatur homo ad talem statum, & ordinem supernaturalem, quo plures habet gratiæ gradus, ergo etiam magis merebitur. Tum tandem, quia est ad meritum, ut sic, sit per accidens ceteri gradus, quia cum non solo gradu mereri possimus, hinc tamen non sequi tur, quod ceteri gradus per accidens se habeant ad maius meritum; aliud enim est loqui de merito, ut sic, aliud de augendo merito, & maioriore; imò sicut elevatio per gratiam est necessaria ad simpliciter merendum, sic pariter magis merebitur, qui melius, & altius fuerit in eodem ordine constitutus.

Respondet proinde Arriaga, argumentum probare solum, gratiam habitualement augere meritum ad maiorem condignitatem non autem ad maius premium, sed ad plures præmii partes; unde gratia aucta, augeat meritum quoad condignitatem, non quoad quantitatem præmii, ut enim initio solum dedit condignitatem, ita dicitur solum augeat condignitatem. Sed Contra quia argumentum directè probat maiorem gratiam augere meritum, non autem ad maiorem condignitatem, sed etiam ad maius premium; gratia namque instantum conducit ad operis valorem, inquantum in facit actionem illam esse opus personæ eximie, & excellentis; ex hoc enim fit premium operis debere esse operum excellentes, ut sit premium estimabile in ordine ad talem personam; cum ergo maior gratia personam constituat excellentiorem; ac magis dignam, planè eo ipso, seu hac ipsa ratione opus illud exigit premium maius, & excellentius Confirmatur, quia si ex maiori gratia opus cresceret quoad condignitatem tantum non autem ad maius premium; tunc a Deo non compensaretur ex iustitia, & ad æqualitatem, sed citra condignum; consequentia patet, quia opus esset ex maiori gratia dignus maiori premio, quam sit illud, quo compensatur.

Secundo probatur, & est confirmatio præcedentis rationis, quia valor non solum in sumitur a bonitate operis, sed etiam ex gratia habituali subiecti, ergo sicut crescit bonitate operis crescit valor ex hoc capite, ita crescit gratia debet augeri valor ex gratia, quod est alterum caput valoris. Hanc rationem Lugo loco citato existimat inbecillè, & inquit, quod ea consequentia licet teneat materialiter, non tamen

Mald. Tomus Tertius.

forma liter, quia ad libertatem operis requiritur cognitio obiecti, & tamen non bene arguitur, ergo quod fuerit cognitio intensior, eò erit liberior voluntas; imò potius potest esse cognitio ad eò vehemens, ut magna ex parte minuat, vel omnino tollat libertatem; sic ergo in proposito, inquit, licet gratia exigitur ad meritum, non est necesse crescere meritum ex maiori gratia, nisi haec materia sit specialis ratio. Verum cum hic Auctori rationem præcedentem recipiat, ut valdam, ac velum hic prius non videtur cur hanc inficitur, quæ ut dixi non est nisi quædam illius confirmatio, ac maior explicatio, ut eam pertractanti patebit; unde hæc eadem instantia, si valet, etiam contra illam potest urgeri; Neque proposita instantia urget, quia eò ad libertatem actus voluntatis prærequiritur cognitio obiecti, ut prævia conditio obiectum proponens, non tamen per se constituit voluntatem liberam, ut dictum est disp. 7. de Anima qu. 3. At gratia per se concurrat ad rationem meriti, & ideo illa consequentia tenet in proposito formaliter, licet non teneat ibi; sicut si concernerit libertatem formaliter consistere in indifferentia iudicii, utique hæc consequentia teneat formaliter; indifferentia iudicii constituit voluntatem forma liter liberam, ergo quò magis est iudicium indifferens, eò voluntas liberior est circa obiectum propositum.

Tertio probatur ulter ex exemplo ex humanis deducto, quo utitur Doctor 3. disp. 18. quæst. unic. D. ubi quod per se non est gratior alicui, vel estimatior dignitatis, eo ipso ipsius actiones sunt gratiores, & maioris valoris, ergo gratia maior est, eò opera nostra sunt Deo gratiora, & maioris apud ipsum valoris, unde videmus, quod quo aliquis sanctior est, ac Deo cetero, efficaciores sunt eius preces ad impetrandum, atque ita pariter ad merendum.

Respondent Medina, Aversa, & alii communiter negando paritatem inter meritum, & impetrationem, quia sine dubio plus movent preces amicitiorum ad concedendum, quod petitur; sed ubi agit de æqualitate, & rigore iustitiæ, non attenditur, nisi alter sit magis amicus, & carus, sed inspicitur proportio rei ad rem, operis ad mercedem, & secundum hanc equalitatem determinatur meritum condignum, quo quam disparitatem etiam Lugo hanc rationem exillat inofficacem. Ceterum licet verum sit ad impetrandum valde conferre affectum erga eum, qui petit, plus tamen placere volumus ei, quem magis diligimus, ceteris paribus ad merendum verò non debet attendi affectus præstantis, sed sola dignitas merentis; adhuc tamen argumentum urget, quia non tantum dicimus in humanis, quo persona est gratior alicui, sed etiam nisi addimus, quò est maioris dignitatis, eo ipso ipsius actiones esse gratiores, & maioris dignitatis ad Deo, quod etiam per impossibile vitare non diligeretur a Deo, adhuc eius opera condigne vitam merentur æternam, ut etiam Lugo concedit, & adhuc gratia faceret, quod opus illud esset personæ excellentis, & eximie, & esset proportio rei ad rem, & operis ad mercedem; ergo saltem ex hac parte tenet assumpta paritas, & illa consequentia, quod sicut maior gratia constituit personam digniorem, & excellentiorem, ita eandem ratione opus illud exigit premium excellentius.

Respondet proinde aliter Arriaga, & inquit hoc argumentum bene probat nostra opera gratiora, & validiora esse apud Deum ratione gratiæ, quam sine illa; item ex maiori gratia augeri valorem, hoc est condignitatem operis, at debere ratione illius crescere ex parte meriti, seu præmii, non videri; non enim probat debere crescere ex omni capite, seu quoad omnem rationem; Quomodo autem maior gratia habitualis possit augere meritum quoad maiorem condignitatem, & non ad premium excellentius, sed ad plures præmii partes, declarat eo modo, quo supra dicebamus num. 242. de applicatione meritorum Christi ad opera iustorum, quatenus nempe maior gratia augeat ex parte Dei benevolentiam, & voluntatem remunerandi hominem iustum, & multiplicat rationem, ac motivum confertendi idem premium, licet premium ipsum non multiplicet; Et sic pariter inquit, quod non merentur plura preces iustioris, quam minus iusti, merentur tamen idem effectus, & nobiliori modo; & in hoc sensu inquit, gratiam habitualement maiorem augere meritum ad maiorem condignitatem, & non ad plures præmii partes. Sed quamvis hic dicendi modus Arriagæ sit melior, quia concedit plures gradus gratiæ aliquo modo conferre ad maiorem operis dignitatem, & ex maiori gratiæ intentione augeri meritum, & valorem operis, quod prorsus secunda opinio extrema negabat, facias ceteros gradus ultra primum, veluti otiosos in operibus dignificandis, quod valde durum est; tamen in deductione primæ rationis numer. 255. ostendimus hæc argumenta quid plus probare, nempe maiorem gratiam augere meritum non tantum ad maiorem condignitatem, modo ab Arriaga excogitato, sed etiam ad maius premium, quatenus constituitur personam in gradu excellentiori, facit eam consequenter proportionatam ad maius premium.

259 Quod præterea probatur, quia opera Christi Domini iuxta communem sententiam sunt infiniti valoris, hoc est infinitas non eodem modo spectate ab omnibus, ut *sepe* con-  
 260 ficitur, non aliam ob causam, quam quod sint a persona infinita sancta, & infinite dignitate, ergo maior sanctitas personæ ad maiorem valorem meritoriam conducit, hoc enim semel negato, male est infinitas dignitatis personæ in Christo deducetur infinitus valor operum eius. Respondent Medina, Avera, & alii communiter negando paritatem inter Christum, & puros homines, quoniam Christus est substantialiter, & intrinsece persona infinita, & infinite digna; sed gratia habitualis est accidentis, & qualis est anima inherens, nec habet talem vim, ut iuxta suam maiorem intentionem in eis augeat operum dignitatem, quam vis ergo sanctitas substantialis, & personalis possit augere meritum, id tamen negat de habitu gratiæ accidentali, quam solutionem approbat quoque Ovidius, & rationem dilucidat assignat, quia Christus ex vi sanctitatis infinitæ, & increate constituitur filius naturalis; purus autem homo ex vi gratiæ habitualis constituitur filius adoptivus, intra quam filiationem manet, quamvis gratia extendatur, recte autem concepiuntur variari meritum per ordinem ad diversas filiationes secundum speciem, & non variari inter eandem filiationem per maiorem, aut maiorem intentionem, quia hoc non variat statum merentis, & semper hominem relinquere in inferiori ordine.

260 Hæc tamen responsio vim argumenti non enervat, quia sanctitas Verbi idem opera Christi ad maius premium elevat, quia reddit personam digniorem, & excellentiorem, & licet hoc dignitas sit substantialis, non ideo facit crescere opera, quia substantialis est, sed quia maior est sanctitas eorum igitur maior gratia personam reddit excellentiorem ad eundem consequenter eius opera ad maius premium elevabit. Nec obstat gratiam habituales esse sanctitatem eorum accidentalem, & semper intra limites filiationis adoptivæ, si maior sit, hoc minus intentionis nam etiam sapientia, nobilitas, & alie dotes humane, item dignitas regni, imperialis, & pontificia sunt accidentales, & tamen in moralibus estimatione personam reddunt excellentiorem, & eius opera ceteris paribus maiori premio digna; ergo pariter in proposito excessus in gratia habituali servata proportione personam dignificabit, & opera reddet maiori premio digna. Nec etiam obstat, quod gratia semper relinquat hominem in inferiori ordine, æque ideo statum merentis non variat, Quia inter illum eundem ordinem status merentis variari potest, sicut intra eandem humanam speciem dignitates, & status hominum, eo modo quo moraliter estimantur, sunt moraliter speciem diversæ, dignitate enim pontificia specie differat ab imperatoria, & hæc à regia, & sic de aliis; & scilicet pariter in proposito intra eundem ordinem filiationis adoptivæ poterant variari status merentium specie distingui in genere moris, & theologice, æque ita ex maiori dignitate persone sic specie diversæ poterit meritum augeri.

261 Quoniam verò hoc argumentum ex infinito Christi merito deductum non tantum probat gratiam habituales magis intentionem augere meritum ad maiorem condignitatem, quod ipse negat; sed etiam ad maius premium, quod ipse negat; ideo ad argumentum negat consequentiam, sed paritatem, quia gratia habitualis eum sit sanctitas creata, & finita, & limitata, non habet vim augendi materiam premium, sed tantum modum illud merendi, nempe ut mereatur perfectiori, cum sit increata, & infinita, tali virtute carere non debet. Ceterum hæc quoque responsio eandem subit impugnationem, quam patitur responsio communis adducta, ac etiam Arriaga ipse addubit in illius communis solutionis confutatione, ratio enim, cur sanctitas increata solationis confutatione, augere merita eius ad maius & maius premium, & non tantum ad nobiliorem merendi modum, non est, quia increata est, ac illimitata, sed quia maior est sanctitas, ut supra dicebamus; cum igitur maior gratia habitualis, ut supra dicebamus; personam reddat excellentiorem, ac digniorem, consequenter eius opera augebit ad maius meritum, & non tantum ad maiorem eundem premium condignitatem. Tum quia ex hoc, quod gratia habitualis est sanctitas creata, & finita, sanctitas vero personæ Christi increata, & infinita; licet rite deducta possit, sanctitatem Christi elevare posse eius opera ad premium infinitum, sed facere meritum eius infinitum, quod sanctitas finita, & creata gratiæ habitualis facere non potest; non tamen recte deducitur, quia etiam creata sanctitas gratiæ habitualis, si fuerit intensior, augere possit meritum ad maius premium iuxta maiorem eius intentionem, hoc enim minime cum adhuc extraheret ab ordine sanctitatis creatæ, & finitæ; gratis ergo omnino dicitur si-

niratem, & limitationem sanctitatis gratiæ habitualis efficere, ut vim non habeat augendi materiam premium, sed solum modum, quia tale augmentum si fuerit finitum, limitationem eius non excedit.

262 Quod tandem constat quod maior persone dignitas ex maiori gratia habituali, ceteris paribus, augeat meritum operis, iam explicandum est qualis; & quatenus sit nulliusmodi augmentum, an scilicet, quodlibet operum meritorium accipiat totum, & eundem perfectionis valorem, qui est in gratia habituali, & ad eius æqualitatem crescat arithmetice, ita ut si gratia sit intensior, ut fer, faciat quodcumque opus dignum, ut fer, in idem potius crescat tantum geometricè, & secundum quodam proportionem à divina providentiâ prædefinitam; Et quidem suspicari quis possit hoc augmentum fieri priori modo, nam habet valorem, & dignitatem tribuit gratia habitualis operi meritorio in genere formalis eius, quia communicat illam per formalem unionem, quam habet cum ipsoperatore; ergo sicut forma seipsum totam subiecto communicat per totalem exhibitionem huius entitatis, ita totum, & eundem valorem gratia communicabit operi, & non minus, & tantum valorem ad merendum ei conferret, quantum in se habet.

263 De eodem tamen cum Suarez, lib. 13. de merito cap. 22. & aliis Auctaribus primæ opinionis patitur, hoc augmentum fieri tantum posteriori modo, & ad eum crescere ex dignitate maioris gratiæ non ad æqualitatem, sed arithmetice, sed tantum secundum proportionem, & geometricè, & ratio est, quia gratia personæ non ita dignificat actus eius, sicut personam ipsam sanctificat, nimirum illam informando, &que inherendo, sed solum per quantum habitum, ac morelem respectum, ac proinde non sequitur tantum valorem a lui conferre, quantum est valor ipsius, sed tantum secundum quandam proportionem, unde si per impossibile gratia operantis esset infinite intensior, minime sequeretur, quodlibet actum eius etiam remissum esse infusio meritorium, ut quidam vident; sed tantum sequeretur ex hoc capite esse magis meritorium alio etiam magis intento à gratia fruita procedente, & ex hac maiori gratiæ intentione componatur illi, imò & superari excessus, quem alter habet ex maiori gratia etiam infinita, non enim excessus gratiæ in uno subiciens eum ad compensandam in excessum bonitatis operis in alio desumpsit ex obiecto, & alius circumstantiis, quia ratione dictimus actus inferioris virtutis v.g. temperantie intentionem, ut lex non excedere, nec adæquare actum charitatis, ut quatuor quia hic actus utpote nobilioris virtutis, à toto genere, & ex obiecto superat illum. Certum igitur esse debet totam gratiam personæ, & omnes eius gradus conferre ad operis valorem, non tamen secundum illam æqualitatem, sed secundum quandam proportionem, que prædanti arbitrio designanda est, & in ordine divine providentiæ iam est præfixa.

264 Et per hoc evitantur varia absurda, que dicunt Adversarii ex nostra sententia sequi, ut v.g. quod in omni opere meritorio tantum augeatur opus meritorium, quantum est intentio gratiæ ipsius operantis, unde si gratia operantis esset infinite infusa, inferretur, quodlibet actum eius esset infinite meritorium non inquam id lequatur, qui tale augmentum non fit ad æqualitatem, & arithmetice, sed secundum proportionem, ac geometricè. Neque etiam ex hoc sequitur, hominem minus sanctum promereri non posse æquale cum magis sancto; nam potest utique elicere actus intensiores, & perfectiores, his enim compenlati possit, imò & superiori excessus, quem alter habet ex maiori gratia. Nec tandem sequitur, hominem magis iustum efficientem mediocre opus v.g. temperantie magis mereri homine minus iusto elicente egerium virtutis actum v.g. charitatis, vel fortitudinis in martirio lubeundo, non inquam, sequitur, quia quantitas dignitatis operis non solum attendi debet ex quantitate gratiæ, sed etiam ex bonitate intrinseca ipsius actus, & ex aliis circumstantiis, nec gratia dignificat opus ad æqualitatem, sed tantum secundum quandam proportionem; Et sermo in merito apud homines evidens est, conditionem personæ semper augere operis meritum, non tamen augere aliquid ad meritum æqualis dignitatis.

265 Sed instat Arriaga, iustus excedens alterum iustum etiam in solo indivisibili gratiæ inferior est, Deo gratior, & ad maiorem destinatus gloriam saltem secundum unum indivisibile; ergo si maior gratia augeat premium, seu meritum, etiam illud indivisibile augebit iuxta suum excessum, hoc est in uno indivisibili intentionis; quo argumento demonstratæ putat, non posse consequenter negari illud augmentum arithmeticum, cum in eo indivisibili nulla possit latitudo assignari pro augmento geometrico. Respondo, si augmentum utrum, etiam ab ipso solvi debere, inquam admittit gratiam augere meritum ad maiorem condignitatem, licet non ad plures præmii partes, nam ex hac parte contra ipsum retorqueri potest, cum illo gravi absurdo, quod contra augmentum arithmeticum urgetur, num. 170. Cate-

Ceterum negamus adhuc hoc argumentum sufficienter convinci in proposito augmentum arithmeticum, quia illud indivisibile gratiæ moraliter nihil caesetur, communiter enim dicitur, quod parum pro nihilo reputatur; Quod si moraliter vellet illud indivisibile pro aliquo reputari, ut ipse contendit; tunc dico, quod in eo indivisibile physico poterit assignari aliqua moralis latitudo, que sufficit pro augmento geometrico, & secundum proportionem; non enim inconvencit, quod indivisibile in uno genere nempe physico, divisibile sit, & latitudinem habeat in genere moris iuxta præcedentem hominum æstimationem.

ARTICULUS SECUNDUS.

Argumenta diluuntur negantis sententia.

266 In oppositum Primò arguitur, quod in Scriptura tantum promittitur premium iuxta mensuram operum, non verò habitum; unde Scorus ipse 4. dist. 22. qu. un. infra H. ait Scripturam docere, quod reddet Deus unicuique secundum opera sua, non verò secundum habitum suum; ergo mensura præmii non fuitur ex mensura forme sanctificantis. Confirmatur, quia habitibus nec metemur, nec decememur; sed habitus gratiæ, ut supponitur, non plus operatur in eo, in quo est intensior, quam minor gratia operatur in altero, nam supponuntur æqualiter operari; ergo etiam gratia licet sit in se major, non autem meritorium. Deum incredibile videtur opus remissum hominis sanctioris esse maioris valoris, quam opus intentum, & excellens hominis minus sancti, quod absurdum sequi videtur ex affirmatæ sententia.

Respondetur, quando inquit Scriptura, Deum reddere unicuique secundum opera sua, hoc intelligendum esse in operibus consideratis cum omnibus circumstantiis, & conditionibus, que ad eorum valorem, & meritum moraliter conferre possunt; una autem, & præcipua ex his conditionibus ad meritum de condigno conductibus est habitus gratiæ; à qua opera redduntur condigna, & magis, vel minus proportionaliter iuxta eius maiorem, vel minoritatem; quare non negamus Deum reddere unicuique secundum opera sua; imò potius id sequeretur, si Deus non præmiaret inæqualiter idem opus in iustis inæqualibus; premium siquidem proportionari debet cum opere non modo in se, sed omnibus circumstantiis associato, ex quibus eius bonitas, & opus confatur, alioquin eiusdem esset valoris opus non dignificatum gratia, cum alio gratia non dignificatur.

Ad Confirmationem negatæ consequentia, quia ex hoc quod gratia physice non inflat in actum secundum totam suam latitudinem, solum inferitur, quod non reddat eum intensiorem; adhuc tamen inflat moraliter, quatenus iustus operans est totum Deo subiecti in eius obiecto; & ex quo fit gratiam ad actum illum concurrere, ut circumstantiam persone operantis, ac proinde ceteris paribus, opus ab illa proveniens maioris esse valoris, ac æstimationis apud Deum, servata proportione; Ad ultimum conceditur totum, & negatur absurdum illud sequi ex nostra sententia, ut constat ex dictis n. 264.

268 Secundo arguitur, quia qui cum minori gratia æque intense operatur, ac alter cum maiori, non est minori laude dignus, imò maiori; ergo nec minoris præmio; probatur assumptum quia cum minoribus gratiæ habitualis virtutibus æque bene, ac alter operatur, ideoque vel iste magis mereatur, vel certe unus maior dignitas eum alterius maiori diligentia componatur, ut non plus alter mereatur. Respondet negando assumptionem, alioquin pariter sequeretur, quod quis putans se esse in gratia, & operans intense supernaturaliter, ut ser, sicut alter se ipsa existens in gratia eliciens actum in eodem intentionis gradu, mereretur sicut ille, quia non est minori laude dignus, quam ille; quod tamen est expressè falsum, quia non existens in statu gratiæ nihil profert meretur de condigno, quia re ipsa non habet id, quod dat valorem operi; qua de causa etiam Arriaga ipse hoc argumentum putat nullius esse valoris, dicens id esse per accidens etiam in proposito, nam licet unus æque bene, ac alter operetur, ac ideo ex hoc capite sit æque laudabilis; quia tamen ille non habet gratiæ in tot gradibus, que proinde det tantum valorem, sicut habet alter, ideo non tam multum mereatur; que etiam ratione, si quis in aliquo speciali actu æque intense operaretur, ac Christus ipse, diceremus cum in hoc sensu esse æque laudabilem, non tamen æque mereri. Accedit falsum esse, quod dicebatur in probatione assumptæ, haberentem minorem gratiam adhibere maiorem diligentiam ex minoribus illius gratiæ virtutibus, & contra habentem maiorem gratiam minorem facere diligentiam ex vi illius, quia habitus infusus non inclinatur ad actus, sicut acquiritur, & actualia auxilia; unde æque facile actus supernaturalis, si actualia auxilia fuerint paria, elicitur ab homine habente minorem, vel maiorem gratiam habituales, quia tam

hæc, quam illa dat simpliciter potentiam ad talem actum, non autem intensus, vel facilius operari.

269 Tercio arguitur; opus demeritorium non fit magis demeritorium ex maiori indignitate subiecti, seu ex graviorebus; ac pluribus peccatorum maculis; ergo opus meritorium pariter non fiet magis meritorium ex maiori dignitate subiecti, seu ex intensiori gratia. Respondet negando paritatem, quia peccatum habituale non est per se necessarium ad dandam actum condignitatem ad poenam, sicut gratia est necessaria ad dandam actum valorem, qui enim efficit primum peccatum non habet aliud habituale, & tamen de condigno poenam meretur æternam, item gratia tribuit actui condignitatem ad premium, quam alioqui actus sine tali gratia non haberet; macula vero peccati tribuere nequit condignitatem ad poenam actui, qui illam ex se non habet. Sed instat Arriaga, quia nec augmentum gratiæ est necessarium, ut opera sint condigna gloriæ, ut patet in actu facto cum gratia remississima, & tamen quando adesse, augeat premium; & c. Respondet negando consequentiam, quia licet augmentum gratiæ non sit necessarium ad condignitatem operum, ipsa tamen gratia est necessaria; & hoc sufficit ad inferendum, quod maior gratia, ceteris paribus, magis quoque dignum efficiat opus, ac etiam maiori premio ex hoc capite, ut constat ex deductione primæ rationis n. 253; & plane miror, præsertim Arriagæ hoc argumentum putare validum, cum eum ipse nobiscum teneat gratiam habituales, quo fuerit maior, augeat meritum saltem ad maiorem condignitatem, licet non ad premium maius; à demissa paritate in argumento assumptæ, sequeretur saltem opus demeritorium ex maiori indignitate subiecti augere quoad condignitatem poenæ, licet non ad plures poenæ partes, quod neque etiam concedendum est, quia maior indignitas peccatoris vim non habet ad augendam malitiam alicuius actus, nec in ordine ad graviorem poenam, nec in ordine ad maiorem condignitatem eludendam.

270 Quod obicitur, ex hac sententia sequi, in uno eodemque actu semel elicitio augeri magis, ac magis meritum absolute termino, nam quando iustus exercet actum bonum iuxta communiter recipit in eodem instanti augmentum gratiæ, quod meretur, & sit habitualiter sanctior; ergo si maior gratia dat maiorem valorem, sequitur talem actum per supervenientem gradum gratiæ reddi magis meritorium, quam erat ex priori gratia, quia iam est a persona sanctiori; Unde ulterius ratione operis iam facti maioris meriti, itum gratia augebitur, & ex illa crescet idem meritum, & sic in infinitum. Negant communiter sequela, quia illud gratiæ augmentum, quod ratione actus meritorii denuo infunditur, non augeat meritum eiusdem actus, quia non est circumstantia eius, neque actus procedit a persona sic dignificata, sed potius est ratio illius augmenti, ideoque inde non augeatur meritum, alioquin idem actus esset sibi causa sui meriti, id est augmenti eius; ita Suarez, Granadus, & alii passim, quam solutionem etiam Arriaga ipse approbat videtur, & hac ratione argumentum putat invalidum.

271 Hæc tamen solutio rejicitur ab Avera, neque Lugo, satis placet, quia valor operis non solum provenit à gratia existente pro aliquo signo priori, sed etiam à gratia existente pro illo instanti reali in quocumque signo; non enim solum gratia, que natura precedit, sed etiam que comitatur actum elicitum, confert tali actui meriti dignitatem; unde etiam Auctores citati eam adhibentes solutionem concedunt actum contritionis dignificari à gratia habituali ad merendam primam gloriam, licet illa gratia non antecedit, sed potius sequatur pro posteriori naturæ actum contritionis; que etiam fuit expressè Scoti, & D. Bonavent. doctrina loc. cit. num. 253; ergo ille actus ratione novi gradus gratiæ meretur rursus accipere aliud maius augmentum, & denuo quatenus informatus, & dignificatus hoc maiori augmento, meretur adhuc accipere aliud, & sic deinceps in infinitum, quod plane est absurdum.

Respondent proinde aliter Lugo, Oviedo, & alii, ideo non da processum in infinitum, quia actus bonus dignificatur quidem à tota gratia, que est in subiecto pro toto illo instanti reali, sive pro signo priori, sive etiam pro posteriori; non tamen à gratia, que data sit intencu illiusmer actus, ut premium; rationem à priori Lugo assignat ex ipsa natura præmii, & meriti deductam, meritum enim præmiante non movet, ut causa moralis ad premium conferendum; præmiante autem movetur ex his, que merens affert de suo, prout conditioningitur à beneficentia, & retributione præmiante, & independenter ab ipso, ut præmiante præmium enim, ut premium intelligitur ex parte præmiante, & id, quod tenet ex parte eius non conducit ad operis dignitatem, que tota desinitur ex actu illius, circumstantiis, & conditione merentis; Et quidem hæc esse mentem prudentiam ostendit Lugo eleganter apud facis

exemplo in premit taxatione; proponit v.g. Rex premia militibus hostes occidentibus, diversa men pro diversa militum conditione, nam vulgaribus dat, ut ipso facto fiant Nobiles; Nobilibus, ut fiant Comites; Comitibus, ut fiant Magnates, &c. sic per ordinem; Occidit miles plebeius hostem, eo ipso fit nobilis: non tamen sequitur, quia iam tunc factus est nobilis, quod eodem instanti fiat Comes, eo quod iam instanti, quo occidit, esset nobilis, nec sequitur conditionem illam censendam esse utilitatem a viro nobili, &c. ex vi illius fieri Comitem, & factum Comitem fieri Magnatem, quia dignitas procedens ab actione illam non dignitate; unde licet Rex premium daturus attendat militis conditionem, non tamen conditionem, quam habet ex ipso premio, sed quam habet de se independentem a premio; plura alia habent Lugo disp. 6. de incarnatione sect. 3. Ovviad con-

272 Quingto tandem, hunc proceffum in infinitum sequi ex alio capite ostendere nititur argumentum calculatorio; ponamus hominem centum gradus gratie habentem, operetur actum remissum temperantie, eo ipso habebit duplo maiorem gratiam, quam antea, est habet alium similem actum, habebit quadruplo maiorem, &c. sic deinceps. Quod si feliciter ad hanc Religionis, vel charitatis, non solum duplicabitur, sed triplicabitur, vel quadruplicabitur tota gratia, quam habet, quod incredibile videtur. Consequenter probatur, quia si homo habens unum gradum gratie eliceret illum actum temperantie, mereretur alium gradum gratie, ergo si haberet duos, augeretur valor operis, ergo mereretur pluraquam si haberet solum unum, ergo mereretur duos, ergo si haberet tres, mereretur tres, ac quae sit si haberet centum, mereretur centum, quia nullus est gradus gratie, a quo non augeatur valor operis ad maius premium.

273 Respondet, circa huius argumenti solutionem plura habet Cardinalis de Lugo loco citato, ubi etiam illud retorquet independentem ab hac questione, quod crescat valor operis ex maiori gratia & ostendit sequi eundem proceffum in infinitum ex eo precise, sed quod crescat ex maiori bonitate, & honestate operationis, & multis alia habet, quae longo indigerent examine, quibus omnibus dimissis, facilius hoc argumentum calculatorium dissolvitur ex doctrina praemissa n. 262. quod nempe valor actus crescit ex dignitate maioris gratie, non ad equalitatem, seu arithmetice, sed tantum secundum proportionem, & geometricam, & ideo neganda est consequentia cum eius probatione calculatoria, quia licet verum sit totam gratiam personae, & omnes eius gradus conferre ad operis valorem, non tamen secundum illam equalitatem, quae calculatur in argumento, sed secundum quandam proportionem ex divina providentia praestitam, siquidem falsum est opus meritorium accipere totum, & eiusdem perfectionis valorem, qui est in gratia habituali ob rationem illi adductam, quia nempe gratia personae non ita dignificat actus eius sicut personam ipsam quemadmodum late probat Amicus disp. 31. de merito sect. 6. quod factis etiam constat ex humanis, ubi videmus conditionem personae semper augere operis meritum, non tamen augere usque ad meritum aequalis dignitatis. Falsum insuper est, quod addebat in argumento, quod si habens centum gradus gratie elicit actum Religionis, vel charitatis, in duplo, vel quadruplo augeatur eius gratia ex hoc capite, nempe ex circumstantia dignitatis personae, quam si solum ad unum circumstanciam dignitatis personae, ut enim notat Amicus loc. cit. non maiorem valorem communicat gratia habitualis unum operi meritorio, quam alteri, sed omnibus, & singulis aequaliter, & ratio est, quia illam communicat per unionem sui, cum igitur aequaliter uniat cum omnibus operibus bonis, five fuerit inferioris sive, superioris, virtutis plane aequalis ex hoc capite omnibus communicabit valorem. Adhuc tamen verum est cum hoc aequali valore a gratia habituali accepto stare inaequalitatem valoris, quem unumquodque opus ex proprio obiecto, & aliis circumstantiis habet, unde in hoc sensu verum est, quod habens centum gradus gratie plus in duplo, vel triplo meretur, si actum elicit Religionis, vel charitatis tamen, quam actum remissum temperantiae, non enim hoc augmentum habet ex circumstantia dignitatis personae, quae est eadem respectu omnium illorum actuum, sed ex proprio obiecto, & aliis circumstantiis actus religionis, & charitatis, quae virtutes ex suo obiecto longe superant virtutem temperantiae.

QUESTIO OCTAVA.

An infinita dignitas personae Christi meritum eius reddiderit simpliciter infinitum.

274 SE unus omnium Theologorum consensus, & praecipuum nostrae fidei dogma, meritum Christi Domini sufficiens fuisse pro culpa hominum delendis, & pro gratiae, & gloriae collatione, eiusque opera sufficientem habuisse valorem ad satisfaciendum pro peccatis, & reddendum ad eas, sed longius excessisse delicta nostrajimo sufficientia fuisse pro inhiis hominibus reddendis, si tot ab Adamo propagati fuissent, & consequenter valorem quandam infinitum habuisse, cum ad merendum, tum ad satisfaciendum; sic enim sonant illa verba Ioan. Epist. 1. cap. 2. *ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed pro totius mundi.* & similiter alia loca Scripturarum, Patrum, & Conciliorum, quae hanc universalem, & amplam Christi redemptionem exaggerant; non enim limitari potest quoad sufficientiam ad certum numerum peccatorum, aut peccantium, & ideo ab omnibus eius meritum, & satisfactio posenda sunt infinita: Quae itaque non est de re, sed de modo, unde hanc sufficientiam inhiis meritorum, & satisfactio Christi proveniat ex omnium infinitis huius valor operum Christi ad merendum, & satisfaciendum pro nobis proveniat ab intrinseco, quia quod est propria ratione formalis operum Christi sine inhiis valoribus ob inhiis dignitatem personae Christi; an vero hic infinitus valor obvenit operibus eius ab extrinseco, scilicet, ex acceptatione divina ex quadam congruitate divini supplicii, quia ratione dici debent infiniti valoris secundum quid tantum, non vero simpliciter.

In hac controversia tres solent recentiores sententiae, duae ex- 275 tremae, & tertia veluti media: Prima affirmat opera Christi habuisse valorem simpliciter infinitum ex sua ratione formalis, & intrinseca, five ex natura rei, & independentem a Dei acceptatione extrinseca propter divinum suppositum concursus ad illa opera saltem moraliter, ut a universa Thomistica Schola cum D. Thoma 3. part. q. 1. art. 3. & Recentiores passim Suarez, Valquez, Beccan, Tanner, Arriaga, Aversa, Caspensis, Huradus, Meracius, Valentia, Amicus, Orlandus, Morandus, & alii; quorum tamen aliqui declarant hoc totum intelligendum esse de valore, & condignitate operum Christi in actu primo; ut enim forent in actu secundo condigna, & Deum ita debent obligare ad premium gratiae admittunt necessariam fuisse Dei ordinationem, & pactionem iuxta dicta superioris de merito in communi. Opposita sententia extrema videtur communis Scollarum, & Nominalium, nimirum opera Christi non intrinsece, sed extrinsece fuisse valoris infiniti scilicet, ex acceptatione divina ob congruitatem divini supplicii operantis, & ita videtur docuisse Scotus 3. disp. cap. 2. meritum Christi secundum se, non esse infinitum, sed finitum, & tantum valuisse, pro quanto acceptatur, concedit tamen ex conditione personae habuisse quandam congruitatem, quae acceptatur a Deo, ut infinitum, id est pro inhiis, five extrinsece, quam congruitatem non ferret persona creata, & sic passim discursum Scotistae omnes veteres, & Recentiores in hac materia de valore, & efficacia meriti, & satisfactionis Christi, Maion, Rubion, Bassolus Licherus, Tatarcus, Faber, Rada, Bellurus, Galus, Centinus, Arctinus, & alii nostrae Scholae, uno excepto Vulpio, qui tom. 3. q. 4. disp. 56. art. 8. dicit germanam Scoti sententiam esse meritum, & satisfactionem Christi habere infinitum valorem, ac premium simpliciter ex natura rei, quatenus precise includit proprium bonum velle Veri Dei secundum esse personale sibi intrinsece proprium, fundatum sic in natura divina sibi intrinseca, non quatenus includit bonum velle hominis assumpti.

Tertia tandem sententia, veluti media est quorundam Recentiorum asserentium meritum Christi non fuisse simpliciter infinitum, sed tantum secundum quid, quia una actio Christi erat magis meritoria, quam alia; ac neque dari unum infinitum maius alio, ad huc tamen concedunt valorem operum Christi fuisse simpliciter infinitum; unde notant aliud esse, quod meritum sit simpliciter infinitum, aliud vero, quod habeat valorem infinitum, simpliciter; per illud prius significatur meritum esse tale, ut non possit aliud maius meritum excogitari, per hoc vero posterius solum significatur meritum habere valorem ad quodcumque premium excogitabile, ita ut nullum sit meritum maius praemii, quam illud, cum igitur unum actum Christi esset meritoria, quam alia, nulla dici poterit importare meritum simpliciter infinitum in ratione meriti; & cum est contra omnes, & singule essent ex se dignae quocumque premio excogitabili, singule consequenter habebunt valorem simpliciter infinitum; praefertim discitur Cardinalis de Lugo disp. 6. de incarnatione sect. 1. num. 14. ubi proinde concedit maius Christi habere valorem simpliciter infinitum, quia non est pre-

Quaestio VIII. An, & quo nodo meritum Christi, &c. Art. I.

275 premium, quo non sit dignum quodlibet eius opus, negat vero; esse infinitum simpliciter in ratione meriti; qui dicendi modus valde convenit cum Scoti doctrina loc. cit. Ubi ait, meritum Christi in se secundum suam bonitatem consideratum non esse infinitum in ratione vero personae movere, & acceptari a Deo pro hominum redemptione, & conditionem personae reddere illud carum, ac veluti acceptum in infinitum.

277 Dupliciter tamen in hoc loquendo modo distinctio, quam ponit inter meritum, & valorem operis moralem, quia valor operis, ut sic, ex conceptu suo dicitur ordinem ad aliquid, cui aequivaleret, hoc autem certe in aliud esse potest, cui aequivaleret, ergo non magis meritum dicitur ordinem ad determinatum premium, quam dicitur valor; quare quod affirmatur, vel negatur de uno, pari ratione affirmatur, vel negatur de altero; quia propter videtur manifesta contradictio dicere, quod meritum Christi sit simpliciter infinitum, & quod habeat valorem simpliciter infinitum. Confirmatur quia meritum tale dicitur nempe penes bonitatem moralem ipsius operis, sed etiam penes totum illud, quod ad premium causam dum concurrunt, siquidem meritum unum tantum dicitur tale, inquantum est ad causativum praemii eodem modo, quod medium respectu finis, ideoque quod intrinsece non habebit, sed meritum erit, & rationem meriti per bonitatem moralem operi intrinsecam, sed etiam per valorem, quod recipit a persona, nam premium illud maius, & dignitate personae; utique causatur a condignitate, & dignitate personae; ergo primo ad ultimum male congruitur dicitur illud inter meritum, & valorem operis moralem. Demque valet illud dicendum, quod si tale, ut non possit aliud maius meritum excogitari, plane hoc idem omnino est, & prolius concidit eum alio distinctionis membro, quod est habere valorem ad quodcumque premium excogitabile, ut constat ex ipsis terminis; quia vero minus consequenter, ac probabiliter dicta de infinitate valoris simpliciter operum Christi constabunt magis in questionibus proxima.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur questio, & mens Scoti declaratur de infinitate meriti Christi.

278 DOCTOR noster in hac materia de merito Christi Domini communiter carpitur a Thomisticis, quod nimis illud extenuaverit, quippe excellenter dixerat, dum dixit esse in se finitum, limitatum, & solum extrinsece infinitum fuisse ex divina acceptatione, quatenus ex conditione personae, quae divina erat, quandam habuit congruitatem, quae Deus potuisset illud acceptare in infinitum, id est pro inhiis, five extrinsece, quam congruitatem persona creata non haberet. Unde inquit Arriaga disp. 8. num. 8. ridiculum plane esse Scoti sententiam, quia Clemens VI. in extravagan. plane esse Scoti sententiam, & remissionem acti, unam guttam sanguinis Christi propter unionem ad Verbum, fuisse pro totius humani generis redemptione; ac in sententia Scoti fortasse eadem excellentia posset attribui meritis effusionis sanguinis, si Deus decrevisset dare tantum premium, quantum decrevit dare Christi operibus, & effusioni sanguinis ipsius; Quod est profusum falsum, quam Pontificis ea unionem, non autem soli voluntati, ac dignitati proveniendi ab ea unionem, ut dicitur Scotus. Ceterum si Thomisticis profectionem legitur 3. disp. 13. q. 1. H. dum inquit, in commendando Christum malo excedere, quam desicere a tanto tibi debita, si propter gloriosam operis in altum voceretur, non adeo leve de mentis doctrinae excellentiam meritorum Christi opinionem concepit, non enim eam extenuare intendit, ac deprimere, sed qualis, & quanta fuerit declarare eam fundamentum rationis, quae absolute negavit meritum Christi infinitum fuisse, sed declarat, quomodo sit infinitum, quod est Theologi Scholasticum, qui habet considerate mysteria fidei diligenter, & rationabiliter, ut minus parati reddere rationem eorum, ut inquit Apollolus, quantum ex lumine fidei, & Philosophiae nobis suspeditur.

279 Haec autem dicitur Adversariorum, & calumniae in Doctorem nostrum ex prava ditionum eius intelligentia in materia de merito procedunt; quia cum extenuarunt, Scotum in ea fuisse opinionem, quod valor, & dignitas operis meritorii ad premium sumeretur precise ex sola Dei acceptatione, indistincte omnino de Dei acceptatione loquentes, consequenter etiam in hac materia de merito dixerunt, quancumque eius excellentiam, ac infinitatem ex sola Dei acceptatione, & promissione de mente Scoti delamari, tanti valuisse, pro quanto

acceptabatur. Ceterum quam falso ille philosophandi modus de merito Doctorem nostrum tribuatur, abunde declaravimus supra quae. 4. huius disp. nunquam enim dixit Scotus divinam acceptationem, & promissionem esse totale meriti cum intuitum, sed tantum dixit esse meriti complementum, quod est quid longe diversum, & rursus quando dixit divinam acceptationem esse meriti complementum, locutus est de acceptatione actuali, quae ab aliis dicitur pactum, sed promissio, & immediate eadem super actum ipsam; non vero de acceptatione habituali in gratia ipsa inclusa, & spectat ad personam, quae etiam in necessitate ad meritum, ut oportet quae tribuitur tui a tali persona procedente valore, & dignitate ad premium supernaturali, ubi acceptatio actualis, sed promissio solum inducit debitum, & obligationem ex parte Dei retribuitoris, quia ratio per eam dicitur meritum compleri, quatenus per eam merens, acquiratque proximum, & imediatum ad premium, ut fuit declaratum est q. 4. cit. art. 1. ex pluribus Scoti locis ibi allegatis. Et praefertim id de merito Christi in proposito asserendum est, alioquin frustra diceret Paulus 1. ad Corinth. 6. *Empti estis pretio magno* si opera Christi in se non habuissent eum valorem, sed ex sola Dei acceptatione, nam quilibet res in se minima posset hoc modo dici magnum pretium, & magno pretio dicitur equis equus emptus uno solo obulo, quia vendens tale pretium accepit pro condigno, & superabundanti, ut latius disp. seq. q. 3.

Quando igitur Doctor 3. disp. 13. qu. unie. 8. in ista quaestione, dicit, excellentiam, ac infinitatem meriti Christi dependere ex divina acceptatione, in eodem profusum sensu id pronuntiavit, quo id praefertur de merito nostro apud Deum 1. disp. 17. q. 2. & quando inquit, quod meritum illud, scilicet, Christi tantum bonum erat, pro quanto acceptabatur, & ideo meritum, quia acceptatum, non autem est converso, quia meritum est bonum, ideo acceptatum, iam hoc dictum explicatum est art. 79. & 139. quod cum ait, meritum esse tale, quia acceptatum non vero acceptatum, quia meritum loquitur de acceptatione habituali in ipsa gratia inclusa, ut est principium meriti, non autem de acceptatione actuali ipsum actum respiciens; nam in hoc sensu potius dicendum est, meritum acceptari, ut dignum premio, quia actus electus est ex charitate, quae dat ei valorem, & dignitatem, ut acceptetur ad premium, quemadmodum Doctor ipse declarat quol. 17. in fine; & in proposito de merito Christi, non tantum id intelligendum erit de acceptatione habituali inclusa in ipsa gratia tan tunc, quam Scotus posuit summam in Christo, sed etiam de ipsa gratia unionis.

Et quamvis Doctor dixerit, ex circumstantia divini supplicii de congruo tantum habuisse meritum Christi, quod acceptari potuerit in minico ext-nive, five pro inhiis; plane noluit negare in eo de facto etiam condignitatem ad tale premium ex divino decreto sed tantum indicare, voluit, illam condignitatem non illi unioni convenire ex natura rei, sed statum ex pacto, & promissione divina; quod eodem modo declarandum est de gratia unionis, quemadmodum supra explicatum est de gratia habituali sicut tamen gratia in habitualem non ex natura sua diximus hominem dignificare lib. 2. disp. 6. de iustificatione q. 1. sed tantum ex ordinatione divina, nam etiam ex se est compossibilis cum peccato; ita pariter discurrendum de unionis hypothetica, quod cum ex natura rei sit ipsa quoque cum peccato compossibilis ex disp. 2. consequenter elevat opera Christi ad condignitatem cum praetio infinito ex divina ordinatione, ut etiam notant Ballarus disp. 7. q. 4. n. 95. & Arctinus 4. disp. 19. q. un. art. 1. nisi velimus dicere, sco unum appellasse opera Christi infinito valore condigna ex Dei acceptatione, congrue autem ex circumstantia personae infinitae, accipiendo condignum prout idem importat, quod debitum iuxta id, quod notavimus supra n. 92. quia talis condignitas in opere non haberetur, nisi accedente pacto, & promissione; quia ergo ab aeterno intercessit pactum divinum, quo Deus decrevit ille velle acceptare meritum procedens a voluntate Christi supplicio divini unice pro inhiis, ut meritum de condigno; ex tali promissione, & acceptatione, quae in gratia unionis ex natura rei erat sola congruitas, evasit de facto condignitas ad infinitum premium in sacrotheomaticis; Quod valde notandum est in proposito, quia Scotista quampures Verba Doctores superfluentes intelligentes valorem meriti Christi ad premium infinitum existimant esse solum de congruo, & non de condigno; haec vero acceptationem in gratia unionis inclusa non volumus esse habitualem, & ad humanitatem Christi spectantem, eo modo quo loquimur de acceptatione in gratia sanctificante inclusa, ad huc opera Christi ex vi illius antecedenter ad acceptationem divinam actum habebat valorem infinitum, modo iam declarandum, & condignitatem ad redemptionem, eo pacto quo diximus quae. 4. opera ex inclinatione gratiae procedentia habere valorem, & condignitatem sufficientem ad gloriam, quod magis declarabitur infra